



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Ecclesiæ Avtoritate, & de ueterum scriptis Libellus**

**Melanchthon, Philipp**

**Vitebergae, 1550**

**VD16 M 3084**

De Ambrosio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35753**

## DE ECCLESIA.

exterium opus, non esse peccata. Sed tamen, si quis attente & cum iudicio leget commentarios illos, multa inueniet testimonia mulierum articulorum. Et quanquam tunc in Ecclesia caligo fuit, tamen apparet retinuisse plerosq; hanc communem sententiam, Quod si propter Christum, non propter opera, donetur remissio peccatorum. Ideo & si interdum minus commode loquuntur ueteres, tamen in alijs locis, quid re ipsa uoluerint, animaduerti potest.

De Cœna Domini ex Chrysostomo satis patet, nullas fuisse priuatas Missas. Describit enim presbyterum stantem ad aram, & nos cantem populum, ut accedat ad communionem.

In libello de dignitate sacerdotij eruditus discernit ciuilem & Ecclesiasticam potestatem, negat Ecclesiasticam habere ius coherendi ui corporali.

## De Ambrosio.

Multas causas attingit Ambrosius, uidelicet de Trinitate, contra Nouatianos, de iustificatione

PHILIP. MELANTH.

stificatōne. Et quanquam in commentarijs interdum dissimiles sententiæ reperiuntur, qui non tam ab ipso scripti, quam ab alijs excepti esse uidentur, tamen perspicuum est ex eius longioribus disputationibus sensisse eum de gratia & de iustificatione, quod nos docemus.

Id testatur Epistola ad Irenæum de paulis  
no dicto: Lex iram efficit, Epistola 71. ubi sic  
inquit: Ex operibus legis nemo iustificatur, id  
est, per legem peccatum cognoscitur, sed culpa  
non relaxatur. Veniens igitur Dominus Iesus  
peccatum omnibus, quod nemo poterat euitare,  
donauit, & chirographum nostrum sui sanguini-  
nis effusione deleuit, hoc est quod inquit: Su-  
perabundauit peccatum per legem, Superabun-  
dauit gratia per Iesum Christum, sicut Ioannes  
inquit: Ecce agnus Dei, qui tollit peccata &c.  
Ideo nemo glorietur in operibus, quia nemo fas-  
tis suis iustificatur, sed qui iustus est, donatum  
habet, quia per Christum iustificatus est. Fides  
ergo est, quæ liberat per sanguinem Christi,  
quia beatus ille, cui peccatum remittitur, & u-  
nia donatur.

Et similcs